

~~C. H.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

11-58.

SIGNAT. 1515 CCCXIII.

Q. D. B. V.
CHRISTIANUS KEIMANNUS,

Rector qvondam de hoc Gymnasio
meritissimus,

Sepulcro adhuc
loquens,
&

VANITATEM MUNDI

ex Oda
qvam Auditoribus suis proposuit ultimam,
delineans,

ORATIONE PUBLICA
in primo Auditorio
GYMNASII

a me
die XIV. Augus*t* M DCCVIII.
introducetur.

Huic ut

DNN. PATRONI
re*iq*; literariae
FAUTORES atq; AMICI
interesse dignentur,
summis condendit precibus

M. Adam Erdmann MIRUS, Con-R.

Zittaviae, Typis Michaëlis Hartmanni,



Olemus sermones cum aliorum hominum, tum potissimum morientium apophategmata diligenter annotare, continuaq; meditatione percurrere. Sunt enim vita ante actae testimonia, nobisq; in memoriam revocant virtutem, quam inviti amittimus, desiderii pleni reculimus. Sunt fidei constantis symbola, Spiritu Sancto alacritatem ejus sic accidente, ut anhelantes solutionem a corporis vinculis expectent. Sunt imminentis gaudii oracula, priusq; aeternitatis praegustum commonstrant, quam statione mortali discedant. Non tamen ejusdem indolis sunt, quae morientium ultima celebrantur suspiria. Magnam potius differentiam involvunt, sive ad personas loquentes, sive ad dicendi argumentum, sive ad usum istorum oculos mentis convertas. Dum personas diversas nomino; non placet adducere ultimas gentium multarum voces, quibus vel dignitatem virtutis, vel nominis immortalitatem, vel alia similia commendare posteritati studierunt. Accusat Theophrastus moriens humanam naturam, quod cervis & cornicibus vitam diutinam, hominibus breviorem dederit, atq; veluti invida impediverit, quo minus ad justam artium & disciplinarum perfectionem assurerent. Edoceat Socrates, mortiferum jam posculum manu tenens, duas esse vias animarum e corpore discedentium, bonisq; redditum facilem patere ad Deorum concilia; malis iter quoddam devium & seclusum a comitiis Deorum esse. Imploret Darius moriturus Alexandri fidem contra parricidas, a quibus confosus relinqvitur, habeatq; hoc fortunae ultimas solatium, quod apud intelligentem civem postremas voces liceat emittere. Exclamat Aristoteles animam agens: O enī entium miserere mei! Absit etiam, perversos & desperatos nonnullorum sermones adducam, quorum vita turpissimis vitiis conspurcata fuit. Fateatur Nero, semetipsum iētu gladii hauriens, se probrofe vixisse, turpius perire. Exhalat Julianus Apostata animam impiam, impiaq; voce exclamat, viciisse tandem Galilaeum. Cum piis & religiosis hominibus nobis res est, quibus per universam vitam pietas curae cordiq; fuit, & in ultimo rerum articulo dulce solatium praebuit. Horum alii ex divina inspiratione locuti sunt; alii ex directione omnibus fidelibus communī. Ad priorēm classēm pertinent, quae in divinis literis commendantur morientium verba pulcherrima. Jacobus Patriarcha morti vicinus salutare domini expectavit, cum prius ex propheticō spiritu fata futura filiis praedixisset. Moses magnifica oratione extulit divina beneficia populo Israēlitico exhibita, illumq; ut sincero religiosi studio ipsi adhaereret, ferio monuit. Iosua sub ultimo iētu stans, pulcherrimam exorsus est orationem, Israēlitas ad indefessum pietatis studium invitatus. Simson jam terris digrediens precatus Deum est, ut ultiōrem ipsi a Philistinis perpetuis Israēlitarum hostibus sumere liceret. Ultima Davidis verba Spiritus Propheticī certissima habentur indicia. Simeon mortem fibi non finem vitae,

tae, sed immortalitatis aditum persuasit, conspecto mundi Servatore. Nec Servator in cruce mori voluit, nisi patri prius commendato Spiritu. Ad posteriorem classem referri non solum martyres, sed & alii religiosi Viri possunt, qui in mortis agone fidei constantiam variis eloquii prodiderunt. Promartyr Stephanus in lapidationis supplicio laetus, & pro hostibus oravit, & patri commendavit Spiritum. Laurentius in craticula semiinus, ad adstantes dixit, se has epulas diu optavisse. Babylas Episcopus Antiochenus ad capitis supplicium raptus, excelsa animo hilariq; voce cum Psalte cecinit: Convertere anima mea ad quietem. Faustum felicemq; abitum Johannis Hussi & Hieronymi Pragensis ex hac vita celebrarunt adstantes, cum ad flamas ducti, pias ardentesq; preces effunderent, & tamdiu hymnos sacros recitarent, donec flammæ fauces interciperent. Nec aliis multis, morti vicinis defuerunt verba fidei constantissimæ indicia. Christianus Danorum Rex oraculo de instante morte monitus, advocatus aulicus, in Festo Circumcisionis nenia intonare jussit, recusantibus praecensor adfuit, animamq; Servatori reddidit, cum ex Psalmo CIII. misericordia patris aeterni omnium aures personaret. Nec filius ejus Fridericus post novem & vigenti annos mundum deserens, alia audire verba voluit, quam quae Johannes Evangelista de Patris gratia, de Redemptoris merito, & de fide hominum proposuit. Eberhardus primus Wirtembergiae Dux moriturus, & Deo pro exhibitis beneficiis humiles gratias retulit, & ut anima redatur origini, ex qua natales duxit, maximis contendit suspirii. Johannes Dux Megapolitanus, morti proximus, exorsus verba Davidis est: Robur cordis mei & pars mea est Deus. Et quis enumerare valet omnia privatorum verba, quibus fidei constantiam monstrarunt, cum jam in extremo vitae gradu starent? Ut autem personae loquentes inveniuntur diversæ: sic nec dicendi argumentum idem haberunt. Rerum mundanarum vanitatem proposuit Imperator Severus, morti vicinus dicens: Omnia fui, & nihil expedit. Reconciliationem cum proximo præ se tulit Anna Angliae Regina, quae iussu regis & mariti capite privanda, longam ipsi vitam precata est, nec quicquam de injustae condemnationis causa verborum facere voluit. Conscientiae morbus moriturus familiares urget in agone haerens Philippus III. Hispanorum Rex his verbis: Nihil quicquam prodest regem esse, nisi quod in morte cruciet fuisse. Iustitiam Dei prædicavit Imperator Mauritius, a Phoca tyranno interficiendus, clausitq; vitam hic verbis: Justus es Domine, & justa judicia tua. Domino dedit gloriam Fridericus Saxonie Dux, & verba Jobi sua faciens, sacrificia plerus dixit: Sit nomen Domini benedictum. Carolus V. Imperator, accepto sacro viatico, jam moriturus exclamavit: Domine Jesu, tu in me matri, & ego in te maneo. In manus tuas commendo Spiritum meum. Gratias Deo egit Cyprianus, quod ipsum a vin-

cu



culis corporis dignatus sit absolvere. Gaudium vitae aeternae habuerunt plures
in amplexibus ante, quam custodia corporis liberarentur. Restat usus verborum
ita diversus, ut alii apophategmata proferrent doctrinam aliquam spirantia; alii,
quae vel ad admonitionem, vel correctionem pertinerent; alii, quae circumstan-
tes valido erigerent solatio. Doctor fidelissimus in mortis agone B. Lutherus fuit,
multa de beatorum discessu, multa de aeterno gaudio adstantibus commemorans,
& obrepentem mortem promte constanterq; excipiens. Ardentissimis precibus
D. Weinrichius Professor & Superintendens Lipsiensis Ecclesiam Deo commen-
davit, Collegis pro humanitatis officio praestito gratias egit, & data benedicti-
one ultima, se iturum in vitam aeternam asseruit. Ad pietatem suos filios Ar-
cadium & Honorium adhortatus est Theodosius Imperator, multis ostendens
verbis, ea & pacem servari, & bella confici, & trophyea statui, & victoriam
parari. Exprobarunt Antiocho crudelitatem, mutuaq; adhortatione confirma-
runt animos ad servandam legem divinam septem fratres, cum ad mortis sup-
plicium abstraherentur. Erectus est firmissimo solatio mundo valedicens Doctor
David Rungius, Professor Vitembergensis, & intonans hymnum Ecclesiae: Laus
& perennis gloria, cum verbis istius ultimis ultima suspiria emisit. Visus quoq;
sibi B. Arndtius in quiete est corporis vinculis solutus, & inenarrabiles coelestium
exaudire sonos. Evigilans gaudia illa tamdiu pia devotione admiratus est, do-
nec excessu placido sopori simillimo ad ea evocaretur. Quae morientia suspi-
ria ultima magni aestimamus, & creberrimi usurpamus vocibus; ea etiam a B.
Keimanno quondam emissa, merito recolimus. Conspicere satis illa licet in Oda
ultima Auditoribus suis proposita. Introducit in illa Virum sapientem e sepul-
chro loqventem, ipse sepulcro proximus. Delineat mundi vanitatem non sine
certissimo omne, quod brevi extra caduca & fugitiva raptus, laetissimo animo
aeternitatem intueri debeat. Quare, quae in aliena persona proposuit; in pro-
pria placet repetere. Introducam scilicet B. Keimannum e sepulchro loqventem, &
Vanitatem mundi delineantem. Atq; ita introducam, ut omnes addiscant & ter-
restria contemnere, & coelestia constanter appetere. Ut autem Dnn. PATRONI
FACTORES & AMICI Orationem hanc non tam meis, quam Keiman-
nianis verbis commendatam freqventer benevoleq; audire velint;
maximis obsecro precibus, ad qvaevis officia paratissimum.

P. P. Dominica X. Trinitatis.



Ung. VI 58 (1)


ULB Halle
002 686 287

3



56,

VDI 7
Sep. 2000 Pd.



B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches



58

CHRISTIANUS KEIMANNUS,
Rector qvondam de hoc Gymnasio
meritissimus,

Sepulcro adhuc
loquens,
&

VANITATEM MUNDI

ex Oda
qvam Auditoribus suis proposuit ultimam,
delineans,

ORATIONE PÚBLICA
in primo Auditorio
GYMNASII

a me
die XIV. Augusti M DCCVIII.
introducetur.
Huic ut

DNN. PATRONI
reiq; literariae
FAUTORES atq; AMICI
interesse dignentur,
summis condendit precibus

M. Adam Erdmann MIRUS, Con-R.

Zittaviae, Typis Michælis Hartmanni.